

III. Quedam verba Canonis sacrificij Missæ  
apud Ambrosium reperi.

**V**T scias hoc esse sacramentū, huius figura ante præcessit. Deinde quantum sit sacramētū in cognoscere, vide quid dicat: Quotiescumque hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis, donec iterum adueniam. Et Sacerdos dicit: Ergo memorē gloriosissimæ eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlos gloriose ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum, & calicem vitæ æternæ: & perimus & precamur, ut hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Tom. 4. lib. 4. de Sacramen. Cap. 6.

**CAPVT NONVM**  
De Sacramento Pœnitentiæ.

I. Baptizatos in Christo non posse in peccata relabi, falsum & hereticorum dogma esse.

**V**OS (Nouatianos) quis ferat, qui putatis vos. Nouatiani imbis opus non esse mundari per pœnitentiā: possibile iudicis quia mundatos vos dicitis esse per gratiam: cabant baptis quasi iam peccare vobis impossible sit. Tom. 1. lib. 1. de Zatos in peccata relabi. Pœnitent. Cap. 8.

II. Fidelibus, quoties post Baptismum in peccata relabuntur, Pœnitentia sacramentū superesse, quo veniam peccatorum consequentes Deo reconcilientur.

**N**onne tibi consumi videtur, quando in baptismatis sacramento interit totus homo exterior?

## 240 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

\*Rom. 6.

or? \* Vetus homo noster exterior crucifixus est cruci, Apostolus clamat. Illic, sicut Patrum exempla te docet, Aegyptius demergitur: Hebreus resurgit sancto renouatus Spiritu, qui etiam per mare rubrum inoffenso transiit vestigio, \* vbi baptizati sunt Padres sub nube, & in mari. In diluio quoque Noe tempore mortua est omnis caro, iustus tamen cum sua progenie seruatus est. An non consumitur homo, cum absorbetur mortale istud à vita? Denique exterior corruptitur, sed interior renouatur. Nec solum in baptismate, sed etiam in pœnitentia fit carnis interitus ad profectum spiritus, sicut apostolica docemur auctoritate, dicente sancto Paulo: Iudicauit ut præsens eum, qui sic operatus est, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Tom. I. lib. 3. Officior.

\* 2. Cor. 4.

Nō solū in baptisme, sed etiā in penitentia fit carnis interitus.

Cap. 14.

Cum hæc certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse est prævaricatricem animam tartareis pœnis, & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constituendum esse post baptismum, quam pœnitentiae solarium, quantumvis afflictionem, quantumvis laborem, & indecorum subire, esto contenta: dummodo ab externalibus pœnis libereris.

Et post pauca:

Pœnitentia se cūda post naufragiū tabula  
nullum restat aliud remedium quam pœnitentia  
solarium, quantumvis afflictionem, quantumvis laborem, & indecorum subire, esto contenta: dummodo ab externalibus pœnis libereris.

Sed tu, quæ iam ingressa es agonem pœnitentiarum, insiste misera fortiter, inhære tamquam naufragus tabulæ sperans per ipsam te de profundis criminum liberari. Tom. I. lib. ad virg. laps. Cap. 8.

Vnde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: & cum ipsi querant Domini misericordiam, alijs eam denegant, ut sint doctores Nouatiani mundos appellant.

Nouatiani se mundos appellant.

\* Iob 15.

\* Psal. 50.

Quid his superbis, cū Scriptura dicat: \*quia nemo mundus à peccatis, nec unius diei infans? Et Dauid clamet: \* A delicto meo munda me? Quid autem durius, quam ut indicant pœnitentiam, quam non relalent,

## Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiaæ. 241

xent, cùm vtique veniam negando incentiuum au-  
ferant pœnitentiaæ. Nemo enim potest bene agere  
pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam. Sed  
negant oportere his reddi communionem, qui præ-  
uaricatione lapsi sint. Si vnum tantum crimen exci-  
perent sacrilegij, cui veniam negaré, dure quidem,  
sed tamen diuinis tantum redargui viderentur sen- Nullū est tam  
tentijs, assertionibus tamen suis conuenirent. Do graue crimen,  
minus enim crimē nullum exceptit, qui peccata do quod nō pœni-  
nauit omnia. Tom. I. lib. I. de Pœnitent. Cap. 1. tētia expietus

Sed aiunt se exceptis grauioribus criminibus re-  
laxare veniam leuioribus. Non hoc quidem auctor  
vestri erroris Nouatianus ait, qui nemini pœnitentia-  
m dandam putauit, eascilicet cōtemplatione, vt  
quod ipse non posset soluere, non ligaret, ne ligan-  
do sperari à se faceret solutionem. In eo igitur pa-  
trem vestrum propria damnatis sentētia, qui distin-  
ctionem peccatorum facitis, quæ soluenda à vobis  
putetis, & quæ sine remedio esse arbitremini. Sed  
Deus distinctionem nō facit, qui misericordiam su-  
am promisit omnibus, & relaxandi licentiam Sacer-  
dotibus suis sine villa exceptione concessit. Tom. I. lib.  
de Pœnit. Cap. 2.

Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti  
non licet? In baptismo vtique remissio omniū pec-  
catorum est. Quid interest, vtrum per pœnitētiam,  
an per lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes vin- Sacerdotes p  
dcent. Vnum in vitroque ministeriū est. Sed dices, baptisnum es  
quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid pœnitentiam  
in pœnitētia? Nōnne Dei nomē operatur? Quid er- e que peccat  
go? vbi vultis vindicatis vobis Dei gratiā, vbi vultis remittuntur.  
repudiatis? Sed hoc insolentis arrogantie, nō sancti  
timoris est, vt fastidio vobis sint, qui volunt agere  
pœnitentiam. Perpeti videlicet flentium lacrymas  
non potestis. Non ferūt oculi vestri vilia vestimen- Mores pani  
torum, illuuiem sordidatorum, superbo oculo & tu-  
mido corde delicati mei arroganti voce dicētes sin- tentium.  
guli: Noli me tangere, quia mundus sum. Dixit qui-

dem

\*Ioan. 20.

dem Dominus ad Mariam Magdalenam : \* Noli me tangere, sed non dixit, quia mundus sum, qui mundus erat : tu audes Nouatiane te mūdum dicere, qui et si operibus mundus es es, hoc solo verbo fieres immundus. Esias dicit: \* O miser ego, & compunictus corde: quia cūm sim homo, & immunda labia habentis inhabent: & tu dicas, mundus sum, cūm mundas non sit, vt scriptum est, \* nec vnius diei infans? David dicit: \* Et à delicto meo munda me: quem vtique misericordem sāpe Domini iustificauit gratia: tu mundus, cūm tam iustus sis, vt non miserearis, vt felicem in oculo fratris tui videas, trahē autem, quæ in oculo tuo est, non consideres? Tom. I. lib. 1. de Pénitent. Cap. 7.

Iudas si pœnit.

Arbitror, quod etiam Iudas potuisse tanta Dei sentiam apud miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam nō Christū egis, apud Iudeos, sed apud Christum egisset. \* Peccavi, set, venia non potuisse excludi.

\* Matth. 27.

proprium confitetur? Quid responderis aliud, nisi hoc: Quid ad nos? tu videris. Quæ vox alia vestra est, cūm etiam minoris peccati reus vobis factū

minor. Tom. I. lib. 2. de Pénitent. Cap. 5.

Lazarum Iudei interficere volebant. Nōnne merito eorum successores vos fore cognoscitis, quorū duritiae hæredes es? Nam & vos indignamini, & contra Ecclesiam cōgregatis concilium: quia videot mortuos in Ecclesia reuiuscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per inuidiam vultis interficere resuscitatos. Sed Iesus nō reuocat beneficia, imo cumulo sua liberalitatis amplificat. Reuistit solicite resuscitatum, & celebraet resurrectionis gratia latus ad cœnam venit, quam ei sua præparauit Ecclesia, in qua ille qui fuerat mortuus, viuus inter discubentes cum Christo inuenitur. Tunc mirantur omnes qui vident p̄ero

vtique

Mortui in Ecclesia per pa-

nitentiam re-

uniscunt.

etique obtutu mentis, qui inuidere non norunt. Tales enim Ecclesia filios habet. Miratur, ut dixi, quomodo ille, qui iacebat in tumulo h̄c & nudiuit certus, vñus sit de discubentibus cum Domino Iesu. Ipsa Maria mittit vnguentū in pedes Domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia vñus de infimis creptus est morti. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alij forte superiora membra sunt. Os erat Christi Apostolus, qui dicebat: \*Experimentū quæritis eius, qui in me \* 2.Cor.13. loquitur, Christus? Os eius Prophetæ, per quos loquebatur futura. Vtinam ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria vnguentum pretiosum, & vngat, & peccata extergat. Tom.1. lib.2.de Pœnit. Cap.7.

De equite lectorum est: \* Eteques ascendit retror- \* Gen.49. sum, exspectas salutem Domini. Etenim quia nemo Nemo sine lō- fine lapidū est, etiam si quis ceciderit, & terrenis ali- pſu eſt, & per quibus vitijs fuerit implexus, si tamen non abiiciat pœnitentiam spem resurgendi, fretus miseratione diuina perueni- quisque refur- et ad salutem. Tom. 4. de Nabuſh Iezraelia, Cap.15 gere potest.

Pater, inquit, peccavi in cœlum & coram te.] Hec est prima confessio apud auctorem naturæ, præsule Deus eti oīa misericordiaz, arbitrum culpæ. Sed eti Deus nouit, vocē tā omnia, vocom tamen tua confessionis exspectat. \* Ore enim tōfessio fit ad salutem: quia alleuat pondus erroris quisquis ipse se onerat: & accusationis Deus eti oīa excludit inuidiam, qui accusatorem preuenit confi- nouit, vocē tā spectat. tēdo: \*Iustus enim in primordio sermonis accusator \* Rom.10. est sui. Frustra autem velis occultare, quem nihil fal- las, & sine periculo prodas, quod scias esse iā cognitum. Cōfiterem magis, ut interueniat pro te Christus, Christū aduo- quem aduocatum habemus apud Patrem. Roget p̄ catū habemus te Ecclesia, & illacrymet populus. Nec vereare ne apud Patrem. non impetres. Aduocatus sp̄det veniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paternæ pietatis pollicetur assertor. Crede, quia veritas est: acquiesce, quia virtus est. Habet cauſam, ut pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus sit. Habet & cauſam ignoscēdi Pater, quia quod vult Filius, vult

& Pater. Peccavi in cœlum, & coram te.] Non vi-  
que elementum exprimitur, sed peccato animæ ce-  
lestia significatur dona Spiritus imminuta: vel quia  
ab illius gremio matris Hierusalem, quæ in cœlo est,  
non debuit deuiare. Iam non sum dignus vocari fi-  
lius tuus.] Deiectus enim se exaltare non debet, vt  
merito suæ possit humilitatis atolliri. Fac me sicut  
vnum mercenariorum tuum.] Nouit esse distatiam  
inter filios, amicos, mercenarios, & seruos. Filius  
per lauacrum, amicus per virtutem, mercenarius per  
laborem, seruus per timorem. Sed etiam ex seruis &  
mercenarijs sunt amici, iuxta quod scriptum est:  
*\* Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio  
vobis, iam nō dicam vos seruos.* Hæc apud se dixit.  
Sed non satis est dicere, nisi ad patrem venias. Vbi  
illum requiras? vbi inuenias? Exsurge primo, qui se-  
dens ante dormiebas. Et ideo dicit Apostolus: Sur-  
ge, qui dormis, & exsurge à mortuis. Iniquitas in ta-  
lento plumbeo sedet. Moysi dicitur: Tu autem hic  
sta. Stat̄es elegit Christus. Exsurge ergo, curre ad Ec-  
clesiam: h̄c est Pater, h̄c est Filius, h̄c est Spiritus  
sanctus. Occurrat tibi, qui audit te intra mētis secre-  
ta tractantem. Et cum adhuc longe sis, videt & ac-  
currit. Vider in pectore tuo: accurrit ne quis impe-  
diat: cōpletebitur quoque: in occursu præsentia est,  
in complexu clementia. Et quasi quodā patrij amo-  
ris affectu supra collum cadit, vt iacentem erigat, &  
oneratum peccatis atque in terrena deflexum refe-  
ctat ad cœlum, in quo suum querat auctorem. Cadit  
in collum tuū Christus, vt ceruicem iugo exuat ser-  
uitutis, & collo tuo iugum suave suspendat. Nōnne  
tibi videtur cecidisse in collū Ioannis, quando erat  
Ioannes in sinu Iesu ceruice recumbens reflexa? Et  
ideo verbum apud Deum vidit, quia erectus est ad  
superna. Cadit in collum, cum dicit: \*Venite ad me,  
qui laboratis, & ego vos reficiam: tollite iugū me-  
um super vos. Cadit ergo in collū hoc modo, si con-  
uerteris, & iubet proferri stolam, annulum, calcea-  
men-

*Ex mercena-  
rijs quomodo  
fiat amici Dei*

*\* Ioan. 15.*

*In sola Eccles-  
ia Pater est  
qui filiū pros-  
digum in gra-  
tiam recipit.*

*\* Matth. II.*

menta. Stola amictus est sapientiæ, quo nuda corporis Apostoli tegunt, eo quod se vnuſquisque conuolat. Et ideo stolas accipiunt, ut corporis infirmitatem sapientiæ spiritualis virtute cōueriant. De sapientia enim dictum est: Lauabit in vino stolam suam. Ergo stola spiritale indumentum & vestimentū est nuptiale. Anūlus quid est aliud nisi sincere fidei signaculum, & expressio veritatis? Calceamentum autem Euāgelij prædicatio est, & ideo accepit sapientiam primam. Est enim & alia, quæ mysteriū nec sit, quæ accepit dicitorū suorum factorumque signaculum, & quoddam monumentum bonæ intentionis & cursus, necubi offendat ad lapidem pedem suum, & supplantatus à diabolo dominicæ prædicationis officiū derelinquit. Hęc est prædicatio Euan gelij ad cœlestē cursum dirigens præparatos, vt non *lq.* in carne ambulemus, sed in sp̄itu. Occiditur & vitulus saginatus, vt carnem Domini spirituali opimā virtute per gratiam sacramenti mysteriorum confortio restitutus epuletur. Nemo enim qui timuerit Deum (quod est initium sapientiæ) nisi signaculum spiritale vel custodierit, vel receperit, nisi Dominū prædicauerit, sacramentis debet interesse coelestibus. Qui autem annulum habet, & Patrem habet, & Filium, & Spiritum sanctum: quia signauit nos Deus, cuius imago Christus: & dedit Spiritum pignus in cordibus nostris, vt sciamus hoc annuli istius, qui in manu datur, esse signaculum, quo cordis interiora, factorumque nostrorum ministeria signātur. Ergo signati sumus, sicut & legimus: \* Credentes, in- \* Ephes. i.  
quit, signati estis Sp̄itu sancto. Bene autem carnē vituli, quia sacerdotalis est victima, quæ pro peccatis siebat, epulantem patrem inducit filius, vt ostenderet, quoniā paternus cibus est salus nostra: & patris gaudium, nostrorum redētio  
Et hic quidem si ad Patrem referas, quia hostia pro *um est redētio  
nostrorū peccatorum.*

vna est Patris & Filij delectatio, vna operatio in Ecclesiæ fundamēto. Tom. 5. lib. 7. Cōment. in cap. 15. Luce.

Et acetum offerebant Iudei.] Ergo acetum bibitur, hoc est, vitium corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, ut de corpore absoluatur humano. Nos quoque vitia nostra per incuriam mētis corporisqué cōcreta transfundamus in Christum, transfundamus per baptismū, ut crucifigamur cum Christo : transfundamus per pœnitentiam, ut ab illo nobis vini sanguinisqué cœlestis incorrupta nōsidentiam. sinceritas refundatur. Tom. 5. lib. 10. Commentar. in 23. cap. Luce.

III. Explicātur loca aliquot Scripturæ, quibus  
Nouatiani fidelibus post suscep̄tum bapti-  
smæ in peccatum relapsi⁹ ve-  
niam negabant.

\* 1. Reg. 2.  
Heli sacerdos  
veteris legis  
nō negat pec-  
catores à Deo  
veniam impe-  
trare posse.

\* Psal. 14.

\* Psal. 23.  
Non quilibet  
de vulgo, sed  
vir singularis  
meriti propec-  
tatoribus ora-  
re potest.

**S**ed dicent Nouatiani, Scriptum est: \*Si peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: si autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primum, ut supra iam dixi, tūc te ista paterer obijcere, si solis præuaricatoribus non relaxares pœnitentiā. Tamen quid scrupuli ista afferret quæſtio? Non enim scriptum est: Nullus orabit pro eo, sed, quis orabit? hoc est, quis ille sit, qui in tali cauſa orare possit, quæritur, non excluditur. Denique habes in psalmo decimoquarto: \*Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescat in monte sancto tuo? Non enim nullus, sed probatus habitabit. Nec hoc dicit, quod nemo requiescat, sed requiescat electus: ut scias hoc esse verum, quod nō multo post in psalmo vigesimotertio ait: \*Quis a-  
scendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? id est, non quicquid de vulgo, nec ple-  
beia vilitatis aliquis, sed vir egregie, singularisque  
meriti. Et ut scias quia cūm dicitur, quis, non intel-  
ligitur nullus, sed aliquis significatur, Cūm dixisset:  
Quis

Quis ascendet in montem Domini? subiecit: Innocens manibus & mundo corde, qui nō accepit in vanum animam suam. Et alibi: \*Quis sapientis, & intelligentis hæc? Numquid dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangeliō: \*Quis fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suā, ut det illis in tempore tritici mensuam? Et ut comprehendēdas, quia de eo dicit, qui virique est, non de eo qui non est, subiūxit: Beatus ille seruus, quem cūm venerit Dominus, inuenientur sic facientem. Et illud opinor ita dictum: \*Deus quis similis tibi? non vti que nullus: quia imago Patris Filius est. Similiter igitur accipiēdū: Quis orabit pro eo? hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quærenda suffragia. Nō enim quicunque de vulgo pro Iudaorū populo, sed Moyses rogauit, quando vitali caput fidei immemores adorauerunt. Nūquid errauit Moyses? At certe, quia non errauit, quod rogauit, & meruit, & impetravit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando obiecit se pro populo, dicens: \*Et nunc si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autē, dele me de libro vite? Vides, quia non tamquam delictius intercessor, & fastidij plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat: quod Nouatianus metuere se dicit: sed magis omnium memor, sui immemor offendere nō timebat ipse, ut plebem ab offensionis periculo exueret, & liberaret. Merito ergo scriptum est: Quis orabit pro eo? hoc est, talis qualis Moyses, qui se offert pro peccantibus: talis, \*Hierem. 7. qualis Hieremias, cui cūm dictum esset à Domino Hieremias p. Deo nostro: \*Noli orare pro populo isto: tamen Iudeorum populus orauit, & veniam promeruit. Denique intercessio populo orauit esse prophética, & obsecratione tanti vatis inflexus veniam impetravit. Dominus dicit ad Hierusalem: quoniam ea quoque trauit. poenitentiam pro delictis egerat, dicens: \*Domine \*Baruch 3. omnipotens Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te: Audi Domine, & misere-

Moses pro Iudeorum populo orauit et exorit Deum.  
Exod. 32.

248 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

re. Et iuber luctus vestimenta deponi, & abijci gemitus pœnitētia. Sic enim scriptum est in fine libri:

\* Baruch 5.

\* Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuę, & indu te decorum eius, quę à Deo tibi data est gloria in æternum Tom. I. lib. I. de Pœnitent. Cap. 8.

Vnde nec illa questio vestra quicquam poterit affere ponderis, quam sumitis de Epistola Ioannis dictis: \* Qui scit fratrem suum peccare peccatum nō ad mortem, petat, & dabit illi vitam Deus: quia nō peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret. Non enim ad Moysen & Hieremiā loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorū alium precatorem deberet exhibere, cui satis est, si pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum

B. Ioannes nō  
negat pecca-  
toribus veniā.

Nam quomodo Ioannes diceret, non orandum pro

delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse & im-

petrasse, ubi erat prædicatio voluntaria, qui sciret etiam Hieremiā rogasse? Quomodo Ioannes dice-

ret non orandum pro peccato, quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mā datum Angelo Ec-

clesiæ Pergami: \* Habes illic tenentes doctrinā Ba-

laam, qui docebat Balac mittere scandalum coram

filiis Israël, manducare immolata & forniciari: ita

& tu habes tenētes doctrinam Nicolaitarum, simi-

liter age pœnitentiam, alioquin yenio tibi? Vides quod Deus qui pœnitētiā exigit, veniam pollice-

atur? Denique & ibi dicit: Qui habet aures, audi-

at, quid Spiritus dicat Ecclesijs: Vinceti dabo man-

ducare māna. Nōn ipse Ioannes cognouerat Ste-

phanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen

audire nō poterant, deprecatum, cū de ipsis à qui-

bis lapidabatur, diceret: \* Domine, ne statuas illis

hoc peccatum: cuius precatiōis effectum in Apo-

stolovidemus? Paullus enim, qui lapidantium Ste-

phanum vestimenta seruabat, non multo postea per-

gratiā Christi factus Apostolus est, qui fuerat an-

te persecutor. Tom. I. lib. I. de Pœnitent. Cap. 9.

Cūm

Stephanus o-  
rat pro perse-  
cutoribus.  
\* Act. 7.

Cum igitur tam euidenti & ipsius Apostoli & scri-  
ptorum eius exemplo redarguantur, tamen adhuc  
obniti volunt, & auctoritatem aiunt apostolicę sibi  
suffragari sententia, allegantes scriptum ad Hebreos: \* Impossibile est enim hos, qui semel illuminati \* *Hebr. 6.*  
sunt, & gustauerunt donum cœlestis, & participes fa-  
cti sunt Spiritus sancti, & bonum gustauerunt Dei  
verbum, virtutesque futuri seculi, lapsos iterum re-  
nouari in pœnitentiam, rursus crucifigentes Filium  
Dei, & ostentatione triumphantes. Numquid Paulus  
aduersus factum suum prædicare potuit? \* *Dona-*  
*2. Cor. 5.*  
*uit Corinthio peccatum per pœnitentiam: Quomo- Paulus done-*  
*do hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? uit Corinthio*  
Ergo quia non potuit quod adificauerat destruere, peccatum per  
non contrarium dixisse eum, sed diuersum aduerti- pœnitentiam.  
mus. Quod enim cōtrarium est, seipsum impugnat:  
quod diuersum est, distinctam solet habere rationē.  
Ita autem contrariū non est, vt alterum suffragetur  
alteri. Etenim quia de remittenda prædictauit pœni- In Epistola ad  
tentia, debuit & de ijs, qui iterandum putant bapti- *Hebreos ne-*  
simum, non silere: etiam post baptismum, si qui pec- *gas. Apostolue*  
carent, donari eis posse peccatum, ne spe venia de- lapsis in pecca-  
titios iterandi baptismatis opinio vana peruer-  
ter. Deinde iterandum non esse baptismata rationabi- esse baptisma,  
li disputatione suadendum fuit. De baptismate au- reniam tamē  
tem dictum verba ipsa declarant, quibus significa- q̄dsem per pœ  
uit impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiam. nitentiam nō  
Per lauacrum enim renouamur, per quod renascimur, negat.  
sicut ipse Paullus dicit: \* Confepulti enim sumus cū \* *Rom. 6.*  
illo per baptismum in morte, vt quemadmodum sur-  
rexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita &  
nos in nouitate vitæ ambulemus. Et alibi: \* Reno- \* *Ephes. 4.*  
uamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum ho-  
minem qui secundum Deum creatus est. Et alibi: \*  
Renouabitur sicut aquilæ iuuētus tua. Quod etiam \* *Psal. 102.*  
aquila, cū fuerit mortua, ex suis reliquijs renasca-  
tur: sicut per baptismatis sacramentum cū fueri-  
mus peccato mortui, renascimur Deo, ac reforma-

\* Ephes. 6.

mur. Vnum ergo baptismū docet, sicut alibi : \* Vna fides, vnum, inquit, baptisma. Illud quoque eidēs, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei : quia non potuit caro nostra abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Denique scriptū est : \* Quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et infra : Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, scientes quia vetus homo noster simul confixus est cruci. Et ad Colossenses ait :

\* Coloss. 2.

\* Consepulti ei in baptismo, in quo & cōsurrexitis. Quod ideo scriptum est, vt credamus quia ipse crucifigitur in nobis, vt per illum peccata nostra mundentur, vt ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta. Ipse in nobis principatus & potestates triūphet: quoniam de ipso scriptum est : \* Principatus & potestates ostentauit triumphās eos in femetipso. Ergo quod ait in hac Epistola qua scribitur ad Hebreos, \* Impossible esse lapsos renouari in p̄nitētiā, ac rufus crucifigentes Filium Dei, & ostentatione triūphantēs : cōspectat, vt de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis, vt per illū nobis mundas crucifigatur: quia quadam triumphamus specie, dum similitudinē mortis eius assumimus, quod principatus & potestates in sua cruce ostentauit ac triumphauit, vt in mortis eius similitudine nos quo-

*Semel Christus* que de principatibus, quorum iugum deponimus, crucifixus est, triumphemus. Semel autem crucifixus est Christus, vnu itaque et semel peccato mortuus est, & ideo vnum non plura nō plura sunt baptismata. Quid, quod & supra doctrinā baptismorum prēmisit? Et quia multa erant baptismata in legge, merita reprehendit illos, qui perfecta dimittat, & principia verbi requirant. Docet nos scire oportere, destructa esse vniuersa legis baptismata, vnu baptisma esse in Ecclesia. \* Horratur autem nos, vt relinquentes initium verbi ad perfectum redamus. Et hoc faciemus, inquit, si quidem permiserit Deus. Non

\* Ibidem.

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiae. 251

Non potest enim sine fauore Dei aliquis esse perfectus. Possem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de pœnitentia dictum putat: quia \* quæ impossibilia \* Matth. 19. sunt homini, possibilia sunt apud Deū: & potens est Potens est Deus, quando vult, donare nobis peccata, etiam quæ us donare nos putamus nō posse concedi. Et ideo quod nobis im- bis peccata, possibile imperatur videtur, Deo donare possibile etiā que posse est. Nā & impossibile videbatur, ut peccatum ablue- tamus nō posse et aqua. Deniq; Naaman Syrus lepram suā munda- se concedit. per aquā posse non creditur. Sed quod impossibi- lerat, fecit Deus possibile esse, qui tantam donavit nobis gratiam. Similiter impossibile videbatur per pœnitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Chri- stus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad Sacerdotūstus Apostolū officia transmissum est. Factum est igitur possibile, facultate rea quod impossibile videbatur. Sed tamē de baptismō mittendi pec- dictum, ne quis iteraret, vera ratione persuadet, cata, & ea ad Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 2. nos translatas

Perlatum est tamen ad nos, etiam illud vos obij. est. cere solere, quod dicatis scriptū esse: \* Omne pecca- tum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autē blasphemia nō remittetur hominibus: Et qui- cumque dixerit verbum contra Filium hominis, re- mittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum san- ctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Quo exēplo omnis assertio vestra destru- itur & absolvitur. Scriptum est enim: Omne pecca- tum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? cur ligatis vincula, quæ non soluitis? cur nodos nestitis, quos non relaxatis? Remittite ceteris, agite de ijs, quos peccantes in Spiritum san- Peccata in Spī. Etum euangelica auētoritate in perpetuum astringi ritum sanctiō putatis. Et tamen quos astringat consideremus, re- quibus nō pos- petentes superiora lectio- nis ipsius, vt evidentius sunt remitti. comprehendamus. Dicebant Iudei: \* Hic non ej- Luce II. cit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmonio- rum. Respondit Iesus: Omne regnum diuisum con- tra se destruetur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra

contra se, non stabit. Si enim sathanas sathanam eicit; aduersum se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Quod si ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij vestri in quo eiciunt? De ijs utrum expressum videmus, qui Dominum Iesum in Beelzebub eicere dæmonia loquebantur, quibus sic respondit Dominus, quod sathanæ hæreditas in ijs eset, qui sathanæ compararent Saluatorem omnium, & in regno diaboli constituerent Dei gratiam. Et ut cognosceremus, quia dixit de hac blasphemia, adiunxit: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Hos ergo, qui hec loquuntur, negat ad veniam pertinere. Denique Petrus Simonis, qui magicæ artis cōsuetudine depravatus putasset, quod gratiam Christi per impositionem manus, atque infusionem Spiritus sancti cōpararet pecunia, ait: \*Non est tibi pars neque sors in hac fide: quia cor tuum non est rectum apud Deum. Pœnitentiā itaque age ab hac nequitia tua, & precare Dominū, si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obligatione enim iniquitatis, & amaritudine felis video te esse. Vides quod hunc magica vanitate blasphemātem in Spiritum sanctum, apostolica autoritate condemnat, & eo magis, quia puram conscientiam fidei non habebat: & tamē non interclusit ei spem veniæ, quem inuitauit ad pœnitentiam. Responsum est igitur à Domino blasphemiarum, & ideo his potestatis suæ gratiā negat, quæ in remissionem peccatorum est, qui ecclœstem eius potestatem diabolico fultam suffragio vindicarent. Eos quoque asserit diabolico uti spiritu, qui separant Ecclesiam Dei: ut omnium temporum hereticorum & schismaticos comprehendenter, quibus indulget Christus: gentiam negat: quod omne peccatum circa singulos quia extra Ecclœstem est, hoc in uniuersos: Soli enim sunt, qui volunt solleciitatem suam.

*Cap. IV  
hereticis in-  
dolentia nos-  
cos & schismati-  
cos comprehenderet, quibus indu-  
gat Christus: gen-  
tiam negat: quod omne peccatum circa singulos  
quia extra Ecclœstem est, hoc in uniuersos: Soli enim sunt, qui volunt solleciitatem suam.*

uere Christi gratiam, qui Ecclesiæ membrorum discerpunt, propter quam passus est Dominus Iesus, Spiritusque sanctus datus est nobis. Denique ut sciatis quia de dispersione

*Simon Magus  
gratiam Spi-  
ritus sancti  
pecunia mer-  
cari voluit.  
\* Act. 8.*

*Petrus Simo-  
ni Mago non  
interclusit se  
venie.*

*Hæreticis in-  
dolentia nos-  
cos & schismati-  
cos comprehenderet, quibus indu-  
gat Christus: gen-  
tiam negat: quod omne peccatum circa singulos  
quia extra Ecclœstem est, hoc in uniuersos: Soli enim sunt, qui volunt solleciitatem suam.*

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiæ. 253

spersionibus dicit, sicut habemus scriptū: \* Qui nō est \* Matt. 12. 38  
mecum, contra me est: & qui nō colligit mecū, di- *Lucas 11.*  
spergit. Et ut sciremus de his dictum, statim subiun-  
xit: Ideo dico vobis, omne peccatū & blasphemia  
remitetur hominibus, Spiritus autē blasphemia nō  
remitetur hominibus. Cūm dicit: Ideo dico vobis:  
nōnne cūdenter hoc p̄q̄ ceteris à nobis intelligi vo-  
luit? Meritoque adiunxit: Arbor bona bonos fru- *Heretici quō*  
et̄us facit, mala aut̄ arbor malos fructus facit. Con- *ad Ecclesiæ v-*  
gregatio enim mala bonum facere fructum non po- *nitatē redēt*  
test. Arbor itaque congregatio est, fructus boni ar- *venia sceleris*  
boris, filij Ecclesiæ sunt. Et ideo reuertimini ad Ec- *à Deo impes-*  
clesiam, si qui vos separatis impie. Omnibus enim trare possumus  
conuersis pollicetur veniam, quia scriptum est: \* *Ioel. 2.*  
Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, *Iudeis peccatiō*  
saluus erit. Denique etiam Iudaorum populus, qui *in Spiritu san-*  
dicebat de Iesu: dēmonium habet: qui dicebat: \* *in* *etū Deus res-*  
Beelzebub eiicit dēmonia: qui crucifixit Dominum *misi.*  
Iesum, Petri prædicatione vocatur ad baptismum, \* *Ioan. 8.*  
ut sceleris tanti merita deponat. *Tom. 1. lib. 2. de Pa-*  
*nent. Cap. 4.*

Referunt tamen quæstionem de verbo apostoli  
Petri: quia dixit: si forte, & putant non confirmas-  
se Petrum, ut agenti pœnitentiam peccatum remit-  
teret. Sed considerent de quo loquatur, hoc est, de  
Simone, qui ex fide non crederet, sed dolum cogita-  
ret. Denique & Dominus dicenti ei, cuius non ple-  
nam sinceritatem videret, Sequare te, ait: Vulpes so-  
ueas habēt. Quem ergo Dominus ante baptismum  
prohibuit sequi, quoniam fraudulentū videbat, mi-  
raris si post baptismum præuaricantem non absoluit  
Apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere  
pronunciat? Sed hoc illis responsum sit. Ego autem  
nec Petrum dubitasse dico, nec verbi vnius præjudi-  
cio tantam cauissam strangulandam arbitror. Nam  
si putant dubitasse Petrum, numquid & Deus dubi-  
tauit, qui ait ad Hieremiam prophetā: \* Sta in atrio  
domus Domini, & responsum dabis omni Iudæ, his  
qui

*Apostolū Pe-*  
*trū non dubi-*  
*tasse veniam do-*  
*nari posse etiā*  
*maximus pec-*  
*catoribus, dō*  
*ad Simonem*  
*ait, Si forte*  
*remittatur tio-*  
*bi recordatio*  
*cordis tui.*

*Particula (Si)*  
*nō est semper*  
*in Scriptura*  
*sacra dubitā-*  
*tis.*

\* *Hierem. 26.*

qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba  
qua<sup>e</sup> constitui tibi respōdere illis: noli auferre ver-  
bum, forsitan audient, & auertentur? Dicant ergo,  
Dominum ignorasse, quid esset futurum. Sed non  
ignorantia ex verbo exprimitur: sed in Scripturis  
diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur,  
eo quod simplex sit elocutio. Siquidē ad Ezechiel  
dicit Dominus: \* Fili hominis, mittam ego te ad do-  
mum Israël, ad eos, qui me exacerbauerunt, ipsi &  
patres eorum usque in hodiernum, & dices ad eos:  
Hæc dicit Dominus, si forte audient & terrebuntur.  
Nesciebat ergo eos posse aut non posse conuersti?  
Non ergo semper dubitantis ista est elocutio. Deni-  
que ipsi sapientes seculi, qui omnem gloriam statu-  
unt in expressione verborum, quod Latine, forte, di-  
cimus, Græce τάχα, non ubique pro dubitatione po-  
suerunt. Aliud itaque dixisse primum suorum poe-  
tam: \* ἦ τάχα χρῆσαι, quod est, cito vidua ero.  
Et alibi: τάχα γέσει καταλανισμένοι πάντοι ιφες  
καθίστησον. Non enim dubitaret omnibus simul intur-  
gentibus, unum facile ab vniuersis posse prosterni.  
Sed nos nostris magis, quam alienis utamur. Deni-  
que habes in Euangeliō, quia ipse Filius de Patre ait,  
cum misericordia seruos ad vineam suam, & occisi esent,  
dixisse Patrem: \* Mittam Filium meum dilectissi-  
mum, forsitan ipsum verebūtur. Et alibi ex sua per-  
sona Filius ait: \* Neque me scitis, neque Patrem meū.  
Si enim me sciretis, & Patrem meū forsitan sci-

\* Ezech. 3.

\* Iliad. 3.

\* Matth. 21.

\* Ioan. 8.

Petr⁹ nō dubitatis. Si ergo his verbis usus est Petrus, quibus Do-  
tauit de Chri minus usus est sine præiudicio sententiæ suæ, cur non  
sibi munere, à accipiamus & Petrum his usum sermonibus sine suæ  
quo soluendorū fidei præiudicio? Neque poterat dubitare de Christi  
peccatorū ac- munere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat  
ceperat pot- potestatem, præsertim cum versutijs hæreticorum  
fatem. locum nō deberet relinquere, qui ideo volunt spem  
Baptismū ite- hominum destituere, ut iterandi baptismatis apud  
rare cupiunt desperantes facilius inducant persuasionē. Sed Apo-  
heretici. stoli hoc habentes secundum Christi magisteriū pœ-  
nitentiam

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiae. 255

nitentiam docuerunt, sponderunt veniā, culpam relaxarunt: Sicut & David docuit, dicens: \* Beati \* Psal. 31.  
quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Vtrumque enim beatum dixit, & cuius iniquitas remittitur per lauacrum, & cuius peccatum legitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitentiam, non solū diluere lacrymis debet peccatum nis operibus. suum: sed etiam emendationibus factis operire & te. Qui pœnitentia & delicta superiora, vt non ei imputetur peccatum. tiam agit non Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, solum debet di mūdemus fletibus, vt audiat nos Dominus Deus no luere lacrymis ster ingemiscentes, sicut audiuit lacrymantē Ephraim peccatum, sed im, quemadmodum scriptum est dicente Deo: \* Au etiam emē da diens audiui Ephraim lacrymantem. Et ipsa verba tioribus factis Ephraim lamentantis expressit, dicens: Castigasti tegere delicta me & castigatus sum, sicut vitulus non sum edocitus. \* Hier. 31. Vitulus enim ludit, & præsepe deserit, & ideo Ephraim sicut vitulus non est edocitus, longe positus à pre sepi, quia præsepe Domini deserit, & Hieroboam fecutus vitulos adorauit, quod prophetia futurum per Aaron indicauerat sic lapsum populum Iudæorum. Ideo que agens pœnitentiam, dicit: Conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus meus: quia in nouissimo captiuitatis meæ pœnitentiam egi, & postquam cognoui, ingemui super dies confusionis, & subiectus sum tibi, quia accepi opprobriū & demon stravi te. Tom. lib. 2. de Panitent. Cap. 5.

III. Contritione, quæ verus & vitius est de pe catis dolor, ad salutarem pœnitentiam opus esse, eaq; ad percipiendam gratiam nos preparare.

**S**ed audiant qui agunt pœnitentiam, quomodo magno affectu sagere debeat, quo studio, quo affectu, qua men tis intentione, qua intimoru concussione viscerum, viscerum con qua cordis conuersione. Vide, inquit, Domine, quia cibis agere tribulor, venter meus turbatus est à fletu meo, con uersum

- uersum est cor meū in me. Cognouisti intentionem  
animi, fidem mentis cognosce & habitum corporis.  
**\* Thren. 2.** **Hieremias** **quomodo agēs**  
**dasit pānitētia docet.** **Pānitētia Ni**  
**mīuitarum.** **\* Ion. 3.**
- Sederunt**, inquit, in terra, tacuerunt seniores filiæ  
Sion, & imposuerunt terram super caput suum, præ-  
cinxerunt se cilicio, deduxerūt in terram principes,  
virgines Hierusalem defecerunt in lacrymis, oculi  
mei caligauerunt. Turbatus est venter meus, effusa  
est in terra gloria mea. \* Sic fleuit & Ninive popu-  
lus, & denunciatum excidium ciuitatis euasit. Tan-  
ta est enim pœnitentiae medicina, ut mutare videa-  
tur suam Deus sententiam. In te est igitur ut euadas,  
vult se rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi  
supplicari. Homo es, & vis rogari ut ignoscas, & pu-  
tas Deum tibi non rogāti ignoscere. Ipse Dominus  
Hierusalem fleuit, ut quia ipsa flere nolebat, Domi-  
**Christus iubet** **fletere mulieres** **vt euadere possimus**, sicut habes scriptum in Euan-  
Hiersolymo: \* Filiæ Hierusalem nolite me flere, sed vos-  
ipsas flete. \* Fleuit Daud & meruit ut mortem po-  
**\* Luce 23.** **puli pereuti diuina remoueret misericordia**, quan-  
**\* 2.Reg. 24.** **do tribus sibi propositis optionibus**, eam tamen in  
**David lacry**, **qua maiorem Domini miserationem experietur**,  
**misibi & po**, **elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cùm De-**  
**pulo suo reniū** **us prophetas iussiter flere pro populis?** \* Denique &  
**à Deo imper** **Ezechiel iussus est flere Hierusalē, & accepit librum**,  
**tranuit.** **\* Ezech. 2.** **Ezechiel ius-**  
**sus est flere** **Hierusalem.** **\* Eccles. 7.**
- in cuius capite scripta erant, lamentatio, & melos &  
væ, duo tristia, & vnū deletabile, quoniam ille sal-  
lus erit in futurum, qui in hoc seculo plus fleuerit.  
**\* Cor enim sapientium in domo luctus, & cor stul-**  
**torum in domo epularum.** Et ipse Dominus ait: Be-  
ati qui nunc fleris, quia ridebitis. **Tom. 1. lib. 2. de Pāni-**  
**tentia, Cap. 6.**

An quisquam ferat ut erubescas Deum rogare,  
qui nō erubescis rogare hominem, & pudeat te Deo  
supplicare quem non lates, cùm te non pudeat pec-  
cata tua homini quē lateas confiteri? An testes pre-  
cationis & consciens refugis, cùm si homini satisfaci-  
endū sit, multos necesse est ambias, obsecres, ut di-  
gnen-

gnentur interuenire, ad genia te ipse prosternas,  
osculeris vestigia, filios offeras culpæ adhuc igna-  
tes, paternæ etiam veniaæ preatores. Hoc ergo in peccatores ipsiæ  
Ecclesia facere fastidis, ut Deo supplices, ut patroci-  
num tibi ad Deum obsecrandum sanctæ plebis re-  
quiras, vbi nihil est quod pudori esse debeat, nisi nō  
fateri, cum omnes simus peccatores, vbi ille lauda-  
biliar qui humilior, ille iustior, qui sibi abiectior.

Fleat pro te mater Ecclesia, & culpā tuam lacrymis  
lauet, videat te Christus mōrentem, ut dicat: Beati  
tristes, quia gaudebitis. Amat ut pro vno multi ro-  
gent. Denique in Euangelio motus viduæ lacrymis,  
quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitauit.

Ideo citius exaudiuit Iesus Petrum ut Dorcas resur-  
geret, quia pauperes mortem mulieris ingemisce-  
bant. Ideo ipsi Petro statim dimisit, quia amarissime trum ut Dor-  
fleuit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respici-  
cas resuigeret  
er, culpa discedet. Vsus doloris alegat luxuriā cri-  
minis, erroris delicias. Ita dū dolemus admissa, ad-  
mittenda excludimus, & fit quedam de condemna-  
tione culpæ, disciplina innocentia. Nil ergo te reuo-  
acet à pœnitentia, hæc tibi communis cum sanctis  
est. Ut namque imitāda talis, qualis sanctorum de-  
ploratio. Dauid manducabat sicut panem cinerem,  
& potum suum lacrymis temperabat. Ideo nūc am-  
plius gaudet qui amplius fleuit. Per exitus aquarum  
descenderunt, inquit, oculi mei. Lib. 2. de Pœnitentia,

## Cap. 10.

Baptizatus homo si postea desertor violatorque  
sacramenti fuerit peccat, & Deum repellit à se. Si au-  
tem agar pœnitentiam ex toto corde, vbi Deus vi-  
det, saluabitur, sicut vidit cor Dauid, quando incre-  
patus à Propheta grauiter post comminationes ter-  
ribiles Dei exclamauit dicēs: Peccavi, & mox ut au-  
diuit, abstulit peccatum suum. Quantum valent tres  
syllabæ. Tres enim syllabæ sunt: Peccavi, sed in istis  
tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cœlū  
ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiam, &

R. folu-  
dit.

solutus fuerit à ligamento quo erat constrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiam vixerit, & post reconciliationem cùm defunctus fuerit, ad Dominum vadit, ad requiem vadit, à regno Dei nō priuatur, & à populo diabolus separabitur.  
Tom. i. in exhortatione ad agendum pœnitentiam.

Ne derelinquas me Dominus Deus meus, ne disf-  
*In orationib⁹ cesseris à me.] In orationibus igitur & obsecratio-*  
*cum dolore et* nibus cum dolore & lacrymis exigenda pœnitentia  
*lacrymis exi-* est, vt illam gloriam Dei videre mereamur. Neque  
*genda pœsi-* te moueat quod luctus, do'or, maceratio corporis,  
*tentia est.* grauissimæ passiones sunt. Etsi grauissima videntur,  
*\* Rom 8.* tamen \* indignæ sunt huiusmodi passiones ad super-  
uenturā gloriam, sicut testis est ibi Apostolus Paulus. Non pigeat ergo nos hīc leuora ferre, vt ibi ple-  
*Pro temporis* na laudis & gloria possimus adipisci, pro tempora-  
*libus laborib⁹* perpetua pœnitentia reportantes per  
*perpetua pœ-* Dominum Iesum. Tom. 4. in enarrat psal 37.  
*nia reporta-*

*mus per Domi-*  
*nūm Iesum.*

\* Thren. 4.

\* Psal. 4.

Copunctio ad  
quid vultus sit  
peccatoribus.

Pœnitentia ex-  
cludit verecū-  
diam flagitiū  
confitendi.

Quia humiliatur Hierusalē, merito postea ei dic-  
itur: Defecit iniquitas tua filia Sion. Et omni qui pœnitentiam egerit, lacrymis proprijs peccata de-  
fleuerit, bene dicitur: Defecit iniquitas tua. Alibi quoque sub hac littera dicit Hieremias: Boni erant vulnerati gladio, quam vulnerari fame. Abierunt compundi à nativitate agrorum. Compungimur igitur, quando nostrorum agimus pœnitentiam deli-  
ctorum, compungimur etiam recordatione delictorum. Vnde ait propheta Dauid: \*Quæ dicitis in cor-  
dibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Qui autem compungitur, utique delectationem ex-  
cludit erroris: & qui agit pœnitentiam, excludit pudorem, sequestrat verecundiam flagitiū confitendi,  
vt recuperanda spem salutis inueniat. Meritoque &  
ipse Dauid, ubi agnouit errorum: Peccavi, inquit, Domino. Tantus rex, tantus propheta non erubuit peccatum proprium confiteri, & ideo dictum est ei:  
Et Dominus abstulit peccatum tuum. Tom. 4. Serm. 9.  
in psalmum 118. statim in principio.

Ec

## Cap. IX. De Sacramento Pœnitentia. 259

Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.] *Confessio deo  
Lacrymis confitere delicta, dicat de te quoque iusti-  
litorum Lacry-  
tia illa ecclæstis : Lacrymis suis rigauit pedes meos, & mosa esse de-  
capillis suis tersit. Et fortasse ideo non lauit pedes be-  
suos Christus, ut eos lacrymis nos lauemus. Et bonæ  
lacrymæ, quæ non solum nostrum possunt lauare de-  
lictum, sed etiam verbi ecclæstis rigare vestigium, ut  
gressus in nobis eius exuberent. Bonæ lacrymæ, in  
quibus non solum redemptio peccatorum, sed etiam  
refectio est iustorum. Tom. 5. lib. 6. Comment. in cap. 7.*

Luce.

### V. Confessionem sacramentalem ad salutem consequendam necessariam esse.

**A**N quisquam ferat ut erubescas Deum rogare, *Sacerdotibus*  
qui non erubescis rogare hominem, & pudeat secreta consci-  
te Deo supplicare quem non lates, cum te non pu-entia nostra  
deat peccata tua homini quem lateas confiteri? Tom. p. t. facimæ,  
1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 10.

Quid est bene vivere post pœnitentiā? doce nos.  
Dico vobis, abstinere ab ebriositate, à concupiscen-  
tia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato risu,  
à verbo otioso, vnde reddituri sunt homines ratio-  
nem in die iudicij. Ecce quam levia dixi, ut tacerem  
grauius & pestifera. Et aliud dico. Nō solum post pœ-  
nitentiā ab istis intus homo obseruare se debet, sed  
& ante pœnitentiā dum sanus est, qui nescit si pos-  
sit ipsam pœnitentiā accipere, & confiteri Deo & *Deo et Sacer-*  
*Sacerdoti* peccata sua. Ecce quod dixi post pœnitentiā peccata  
tiam, dico ante pœnitentiā melius. Tom. 1. in exhort. confitēda summa-  
tat. ad agendum pœnitentiā.

Domine ne in ira tua arguas me, ne que in furore *Verecunda cō*  
tuo corripias.] Plurimum suffragatur reo verecunda *feſſio plurimiſ*  
confessio: & penam quam euitare non possumus, *suffragatur*  
pudore subleuamus Tom. 4. in psal. 37. *reο.*

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus  
tuis, ut non confundar.] Cor tuum cogitationum  
tuarum est scaturigo. In illo fonte vel turbida aqua

impuritatis euomitur, vel sinceræ pietatis vnda prorumpt. Didicisti cor esse mundandum, disce quemadmodum mundes. Mundat hunc fontem iustificatio legitima, hoc est, confessio peccatorum. \* Denique Publicanus ille qui peccata propria fatebatur,

**Cor mundatur confessione peccatorum.**  
\* **Luce 18.** iustificatus magis de templo quam Pharisæus exiuit, quia iejunia sua & munera Pharisæus atque innocentiam præferebat. Munda ergo aquam tuam, illam aquam de qua dictum est: Aqua alta consilium in corde viri. Bonam tibi aquam natura dedit, nisi eam cenno tuo polluas, ipsa te diluit, si pura, si simplex, si etiam naturalis sit, si nihil habeat sordidum atque terrenum. Quid mali est, si ea aqua quam mundare debeat polluat? Sed non est aqua tua quæ poluit. Ista aqua aliena est. Denique dictum est tibi: Ab aliena aqua abstinete. Alienæ aquæ mentitur & faltit, & cōtrarium naturæ profluit. Ideo ait: \* Filii alieni mentiti sunt mihi. Nam si alieni non fuissent, utique non fecellissent. Nemo enim glorietur castum se habere cor, quemadmodum Solomon dixit: Sed

\* **2. Cor. 10.**

\* **Esa. 43.**

**Qui confitetur iniquitates, in se confitetur.** \* **quigloriatur, in Domino glorietur, qui sanctis suis cor mundum creare dignatus est, & immaculatum facere iustificationibus suis.** Quæ sint iustificationes audisti dicentes: \* Dic iniquitates tuas, ut iustificeris. Ergo qui iniquitates suas dicit, iustificatur: Qui autem iustificatur, non confunditur, quia pudorem peccatorum matura confessione præuenit. **Tom. 4. Serm. 10. in psal. 118.**

Meritoque sanctus Dauid de hac historia mysticum psalmum quinquagesimum scripsit, propter Betabeæ nuptias, dicens: \* In plurimum laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Si iniquitatem suam Dei amicus cognoscit, & meritis suis obstatre delictum, si denique Deo se peccasse cōfiteatur, cur tu de confessione criminis erubescas, cum criminis commentum, non confessio sit pudoris? **Tom. 5. lib. 3. Comment. in cap. 3. Luce.**

\* **Psal. 50.**

**Propter verecundiam non est se confessione prætermittens.** *dam.*

Pater, inquit, peccavi in cœlum & coram te.] Hęc est

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentia. 261

est prima confessio apud auctore naturæ, præsulem misericordia, arbitrum culpæ. Sed etsi Deus nouit omnia, vocë tamen tuæ confessionis exspectat. Ore autem confessio fit ad salutem: quia alleuat pondus erroris quilibet ipse se onerat: & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confiten-  
do: \*Iustus enim in primordio sermonis accusator \*Proverb. 18.  
est sui. Frustra autem velis occultare quem nihil fal-  
las, & sine periculo prodas quod scias esse iam cogni-  
tum. Confitere magis, ut interueniat pro te Christus,\* quem aduocatum habemus apud Patrem. Ro- \*1.Ioan.2.  
get pro te Ecclesia, & illacrymet populus. Nec vere- Cur faciendo  
re ne non impetres. Aduocatus spondet veniam, pa- sit peccatorū  
tronus promittit gratiam, reconciliationem tibi pa- confessio.  
terne pietatis pollicetur assertor. Crede quia veritas  
est, acquiesce quia virtus est. Habet caussam ut pro  
te interueniat, ne pro te gratis mortuus sit. Habet  
& caussam ignoscendi Pater, quia quod vult Filius,  
vult & Pater. Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 15. Luce.

V I. 'Sacerdoti potestatem absoluendi à Chri-  
sto Domino esse tributam.'

Si Ed aiunt (Nouatiani) se Domino deferre reue- Nouatiani a-  
rentiam, cui soli remittendorum criminum po- iunt se soli Deo  
testatem reseruent: imo nulli maiorem iniuriam potestatem re-  
faciunt, quam qui eius volunt mandata rescindere, mittendorum  
commisum munus refundere. Nam cum ipse in Eu- peccatorū re-  
angelio suo dixerit Dominus Iesus: \*Accipite Spi- feruare.  
ritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittun- \*Ioan. 20.  
tur eis, & quorum retinueritis detenta erunt. Quis  
est ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis ob-  
temperat, an qui resistit? Ecclesia in utroque seruat Ecclesia peccat  
obedientiam, ut peccatum & alliget & relaxet. Haec tum et alligas  
resis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare relaxat.  
gare quod non resoluat, non vult soluere quod liga-  
uit, in quo se sua damnat sententia. Dominus enim  
par ius & soluendi esse voluit & ligandi, qui utrum-  
que pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius

non habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundum dominicam sententiam, qui ligandi ius habet, & soluendi habet: ita istorum assertio seipsam strangulat, ut quia soluendi sibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterum non licere? Si quibusdam datum vtrumque est licere, aut vtrumque non licere, certum est Ecclesia

**Ius remittens  
di peccata solis  
Sacerdotibus  
permisum.**

vtrumque licere, haeresi vtrumque non licere. Ius enim hoc solis permisum Sacerdotibus est. Recte igitur Ecclesia vendicat, quæ velios Sacerdotes habet, haeresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Non vendicando autem ipsi de se pronunciat, quod cum Sacerdotes non habeat, ius sibi vendicare non debet sacerdotale. Ita in impudenti contumacia, pudorem cernimus confessionem. Spectat etiam illud, quoniam qui Spiritum sanctum accipit, & soluendi peccati potestatem & ligandi accipit. Sic enim scriptum est: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur, & quorum re-

**Munus Spiritus sancti est  
officium Sacerdotis.**

Quomodo igitur munus eius vindicat, de cuius dif-

**Dominus vult  
à seruis suis ea  
fieri in nomine suo,  
que facies ipse posuisse.**

Vult Dominus plurimum posse discipulos suos, fieri à seruis suis ea fieri in nomine suo, quæ faciebat suo, que facies ipse positus in terris. Denique ait: \*Et maiora his facietis. Dedit ut mortuos suscitarent. Et cù ipse Saullo reddere posset usum videndi, eum tamen ad Anatiam discipulum suum misit, ut eius benedictione Saullo refunderentur oculi quos amiserat. \*Perrum quoque secum in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit illico, eo quod dona gratiarum fidei paucillitate minuisset. \* Dedit etiam discipulis

**\* Matth. 14.  
Apostoli mira  
cula faciebat.  
\* Matth. 5.  
Apostoli lux  
mundi.  
\* 4. Reg. 2.**

vt lux mundi essent per gratiam, quia erat ipse lux mundi. Et quia descendens esset ē celo, & in celum ascensurus, \* Heliam ad celum leuavit, inde eum ter-

ris

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentie. 263

ris placito redditurus tempore.\* Baptizatus quo- \* Matih.3.  
que in spiritu sancto & igni, per Ioannem baptisma-  
ti sacramenta præmisit. Omnia denique donauit  
discipulis suis, de quibus ait: \* In nomine meo dæ- \* Mar.16.  
monia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes  
tollent, & si mortiferum quid biberint, non eos no-  
cebit, supra ægros manus imponent, & bene habe-  
bunt. Omnia ergo dedit, sed nulla in his hominis  
potestas est, ubi d' iūni muneris gratia viget. Cur et-  
go manus imponitis, & benedictionis opus creditis,  
si quis forte reualuerit ægrotus? Cur præsumuiis ali- Facultate res  
quos à colluione diabolii per vos mundari posse? mittendi pec-  
Curbaptizatis, si per hominem peccata dimitti non catia per baptis  
licet? In baptismō utique remissio peccatorū omni sum & pœ-  
nitentiam iure  
lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes vindictant? sibi Sacerdotes  
Vnum in utroque ministerium est. Tom. I. lib. II. de Pœnitentia posse  
nuntient. Cap. 7.

Iudas ad remedium peruenire non potuit, cum diceret: \* Peccavi quod tradiderim sanguinem iu- \* Matih.27.  
stum: qui alienum ignem voluebat in pectori suo,  
qui eum inflammatum ad laqueum. Indignus enim Iudas cur non  
remedio fuit, quia non intimo mentis conuersus in- inuenient gra-  
gemuit, & sedulo gessit pœnitentiam. Tantæ enim tiani.  
pietatis est Dominus Iesus, ut & ipsi donaret venia, si Christi exspectasset misericordiam. Hanc ergo cul- Sacerdotes pe-  
pam Sacerdotes non auferunt, neque peccatum eius, catia ijs qui in  
qui in dolose offert, & adhuc in studio delinquendi studio deligne-  
est. Non enim possunt epulari in eo quod plenum de permanet,  
fraudis & serpentis interius cicatricis est. Cibus enim auferre neque  
Sacerdotis est in peccatorum remissione. Vnde ait \* Iohann.4.  
princeps Sacerdotum: Meus cibus est, ut faciam vo-  
luntatem Patris mei qui in celo eit. Quæ est volun-  
tas Dei, nisi ea, cum conuersus ingemueris, tunc sal-  
uus eris. Tom. 3. lib. Epist. 1. Epist. 3.

Aperuit eis sensum, ut intelligeret ea quæ scripta sunt.] Spiritum sanctum vel illis undecim, quasi per-  
fectioribus insufflavit, & reliquis postea tribus dum

esse promittit: vel ijsdem ibi insufflavit, hic spondet. Nec videtur esse contrarium, cùm diuisiones gratiarum sint. \* Alij enim datur sermo sapientia; alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alteri gratia curationum, alij genera linguarum. Ergo aliam insufflavit ibi

\* 1. Cor. 12.

**Remittere pecata munus est**  
**Spiritus sancti**

operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittere tendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur angustius: & ideo insufflatur à Christo, ut credas Spiritum Christi, & credas de Deo Spiritum. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam descriptis effusam. Denique ibi habes: \* Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remissa erunt. At vero in Actibus Apostolorum sic habes: \* Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coepérunt loqui varijs linguis, quomodo Spiritus dabat loqui his. Tom. 5. lib. 10. Comment. in cap. 24. Luce.

\* Ioan. 20.

\* Act. 2.

### VII. Absolutionem Sacerdotis a clero iudicalem esse.

**In Ecclesia teneri debet formam iustitiae.** **M**iserere, inquit, mei secundum verbum tuum.] In ipsa Ecclesia, ubi maxime misereri decer, teneri quam maxime debet forma iustitiae, ne quis à communionis consortio abstentus, breui lacrymula atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus flentibus communionem quam plurimis debet postulare temporibus, facilitate sacerdotis extorqueat. Nónne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniae incentiu[m] tribuit delinquenti. Hoc ideo dicimus est, vt sciamus secundum verbum Dei, secundum rationem dispensandam esse misericordia debitoribus. Medicus ipse si serpentis interius inueniat vulneris cicatricem, cùm debeat resecare ulceris vitium ne latius serpat, tamen à secādi vrendique proposito lacrymis inflexus egroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit, nónne ista inutilis misericordia

**Secundū verbum Dei dispense**  
**sanda est misericordia debitoribus.**

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentia. 265

Sericordia est, si propter breuem incisionis vel extinc-  
tione dolorem corpus omne tabescat, vita vslus in-  
tereat? Reete ergo & Sacerdos vulnus ne latius ser-  
pat a toto corpore Ecclesiæ, quasi bonus medicus  
debet absindere, & prodere virus criminis quod la-  
ter, non souere, ne dum vnum excludendum non pu-  
tar, plures faciat dignos quos excludat ab Ecclesia.  
Tom. 4. Serm. 8 in psal. 118.

VIII. Ad veram pœnitentiam non solum spe-  
ciale nouam vitam, sed & pro peccatis  
præteritis satisfactionem.

Pœnitudo necessaria est, sicut vulneratis sunt  
necessaria medicamina. Sed quanta pietas &  
qualis necessaria pœnitentia, quæ aut æquet crimi-  
na, aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc pec-  
atum adulterii est, an duplex sit per illam necē que  
facta dicitur in occulto, & secundum conscientiæ  
molem exhibenda est pœnitentia magnitudo. Pœnitentia nō  
ergo non verbis agenda est, sed & actu. Hec verbis agendo  
autem sic agitur: Si tibi ante oculos ponas de quan-  
ta gloria rueris, & de quo libro vita nōmen tuum  
deletum sit, & sit iam credas prope ipsas positā te-  
nebras exteriōres, ubi erit fletus oculorum & stridor  
dentium sine fine. Cūm hæc certa fide sicut est ani-  
mo conceperis, quia necesse est præuaricatrice animam  
tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi, nec  
aliud remedium constitutum esse post baptisnum  
quam pœnitentia solatium, quantamuis afflictio-  
nem, quantumuis laborem & indecorum subire, esto  
contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libere-  
ris. Ergo hæctu tecū cogitans, & mente retractans,  
proprij factitu ipfa iudex esto crudelior. In primis Quomodo vir  
omnis cura vita huius interimenda tibi est, & quasi go lapsa pro  
mortuam te existimans sicut es, quomodo possis re-peccatus satis-  
uiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est facere debeat.  
vestis, & mens ac membra singula digna castigatio-  
ne punienda. Amputentur crines, qui per vanā glo-

R s riam

## 266 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

riam occasionem luxuriaz præstiterūt. Desfluant oculi lacrymas, qui masculum simpliciter non aspercent. Pallefac facies, quæ quondam viruit impudicæ. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulcritudine placuit. \* Cor vero sit liquefæcens sicut cera, ieiunijs inquietans seipsum, & cogitationibus ventilâs quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cùm haberet dominationem, malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentie si fuerit perseverans, audebit sperare, et si non gloriam, certe pœna vacuationem. Dicit enim Deus: \* Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde vestro, in ieiunio, & fletu & in planctu, dirumpite corda vestra, & non vestimentum, quoniam pius & misericors sum. \* Sic conuersus magnus ille Dauid iustificatus est. \* Sic Ninive peccatrix illa ciuitas incumbentem sibi euasit interitum. Peccator ergo si sibi ipsi non pepercatur, à Deo illi pacitur. Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vita spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina.

*Grande scelus*  
grandé habet necessariam satisfactiōnem. Nam nō est dubium leuius esse crimen, vbi necessariæ: peccatum suum yltro homo confiteret & pœnitit. *satisfactionem*. At vbi celans mala sua inuitus detegitur & nolens publicatur, illud grauius scelus est, quod tibi vtique prouenisse negare nō poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatum est fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari, si non infidelitate grauaretur. *Quantumuis* & qualemvis cruciarum longior vita duceret optarent, dummodo in illas pœnas æterni ignis non incurrent. Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiaz, insiste misera fortiter, inhære tamquam naufragii tabula, sperans per ipsam te de profundo cri-

*Pœnitentia secunda post naufragium tabula.*

minum

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentia. 267

minum liberari. Inhære pœnitentia vsque ad extre-  
mum vitæ, nec tibi præfumas ab humano die posse  
veniā dari, quia de ipi te, qui hoc tibi polliceri vo-  
luerit. Quæ enim proprie in Dominum peccasti, ab  
illo so'o te conuenit in die iudicij exspectare reme-  
dium. Tom. i lib. ad virginem lapsam, Cap. 8.

De te autem fili serpentis, minister diaboli, vio-  
lator templi Dei, qui vno scelere duo crimina per-  
petrasti, adulterium vtique & sacrilegium. Sactile-  
gium plane, vbi vas Christo oblatum, Domino de-  
dicatum, dementi temeritate polluisti. \* Balthasar \* Dam. 5.  
ille Rex Persarum, qui in vasis Domini, quæ de tem-  
plo Hierosolymis fuerant à patre eius ablata, bibe-  
re cum suis amicis & concubinis usurpauit, ipsa no-  
ste Angeli manu percussus, crudeli morte punitus  
est. Quid de te arbitris perditæ pariter & perditor,  
qui vas rationabile consecratum Christo, sanctificata  
tum Spiritui sancto impie temerasti, polluisti sacri-  
lege, & tui propositi immemor, & iudicij diuini con-  
temtor? \* Melius enim fuerat omnino te non esse \* Matth. 26.  
natum, quam sic natum, ut te sibi gehenna proprium  
filium vindicaret. Et licet ipsa conscientia sceleris  
te agat per diuersa præcipitem: (\* Fugit enim impi-  
us nemine persequente se) licet te diræ imagines  
peccati dormientem quoque perterrent, non so-  
lum vigilantem: tamen ne quid à paltore ouietiam  
morbida vel moritur medicaminis denegatum sit,  
do consilium: Petas vltro carcerem pœnitentia, ob- Quomodo coro  
stringas catenis viscera, animam tuā gemitibus ie- ruptores sa-  
iunijsque discrucies, sanctorum petas auxilium, ia- crarū virginū  
ceas sub pedibus electorum, \* vt non per cor impæ- pœnitentiam  
nitens thesaurizes tibi iram in die iusti iudicij Dei, agere debeat.  
qui reddet singulis secundum opera sua. Tom. i. in ob \* Rom. 2.  
iurgatione corruptioris virginis sacra.

Sed qui culpam exaggerauerit, exaggeret etiam Maiora criminis  
pœnitentiam. Maiora enim crima majoribus ab- na maioribus  
luuntur fletibus, ita nec Nouatianus probatur, qui abluuntur flet-  
veniā interclusit omnibus, nec vos imitatores ciu- tibus.  
dem

dem & condemnatores, qui ibi minuitis studia pœnitentiaz, ubi augeri oportet, quia grauiora peccata maioribus sustentanda fulcris docuit Christi misericordia. Tom. I. lib. I. de Pœnitent. Cap. 2.

Satisfactio ab  
solutione Am-  
brosij tempore  
reparatis.

\* Luce 7.

Volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petit gemitis, petat populi totius fletibus, ut ignoratur, obsecrat: & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remissius se supplicasse, fleret augeat miserabilior, postea reveratur, teneat pedes brachijs, osculetur osculis, lauet fletibus, nec dimittat, ut de ipso dicat Dominus Iesus: \* Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcadum omnibus, ieuno ore semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse. Tom. I. lib. I. de Pœnitent. Cap. 16.

Pœnitentes nō  
solū lacrymis  
diluere debent  
bus factis operire & tegere delicta superiora, vt non  
peccatum suum, ei imputetur peccatum. Ergo tegamus lapsus nostros  
sed etiā emens posterioribus factis, mundemus fletibus, vt audiat  
datioribus fa- nos Dominus Deus noster ingemiscentes, sicut au-  
ctis tegere de- diut lacrymantem Efreem, quemadmodū scriptum  
licta superios- est dicente Deo: \* Audiens audiui Efreem lacryman-  
ta. Tom. I. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 5.

\* Hier. 31.

Ostende medico vulnus tuum, vt sanari possis, &  
si non mostraueris nouit, sed à te expedit audire vo-  
cem tuam. Ostende lacrymis cicatrices tuas. Sic pec-  
catum mulier illa in Euangeliō fætoremque sui er-  
lena lacrymis roris abstersit, sic culpam diluit, dum Iesu pedes la-  
fætorem suos uit. Tom. I. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 8.

Maria Magda-  
lena lacrymis  
rum scelerum  
abstergit.

Satis abundeque dixisse me credo superiore do-  
minica, quemadmodum comiti vel nitidi natalē Do-  
mini suscipere debeamus, & superuenientem festiuit-  
atem eius ambitione retinere. Retinere inquam, vt  
si dies solennitatis transeat, apud nos sanctificatio-  
nis eius beatitudo permaneat. Hæc enim gratia na-  
talis

talis est Domini Saluatoris, ut in futurū ad prædestinatos transeat, in præteritum remaneat ad deuotos.

Oportet ergo nos esse sanctitate puros, mundos pudicitia, nitidos honestate, ut quo die festum aduenire propinquius cernimus, hoc accuratius incedamus.

Si enim mulierculæ solent aliquas suscepturnæ maculas vestium suarum aqua diluere, cur nō magis

nos accepturi natalem Domini maculas animarum nostrarum fletibus abluamus? Et illæ quidem si ad eo infectæ & obscuræ sordibus fuerint, ut maculas

*Macule ani-  
marū nostræ  
rum fletibus  
abluenda.*

sola aqua non purget, adducut mollitem olei, sapo-  
nis etiam acrimoniam. Nos quoque si tam graue pec-  
catum fuerit, ut minime solis fletibus abluatur, ad-  
damus misericordiæ oleum, acrimoniamque ieiuni-  
nij. Nullum enim tam graue delictum est, quod non

*Ieiunia adder-  
da lacrymis.*

purgetur abstinentia, eleemosynis extinguitur. Ait enim sanctus propheta: \*Sicut aqua extinguit ignem,

*\* Eccl. 3.*

ita eleemosyna extinguit peccatum. Magna ergo est eleemosyna, quæ ardentiæ criminum globos be-

nevolentia sua fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum, ut quamvis

offensus Deus, quamvis criminibus prouocatus co-

gatur liberare eleemosynis, quem disponuerat puni-  
re peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodo,

*Eleemosyna  
ex severissimo  
dum compellitur pro acribus nostris mutare senten-  
tiam, & in vno eodemque homine nunc severitate ciuit nobis pa-  
iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pa-  
trem benignis-*

re peccatis. Compellitur ergo operi-  
bus nostris Dominus, ut nobis sua misericordia lar-

giatur, atque adeo ipse in Euangelio sancto dicit:

\*A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogi-  
tur. Regnum cœlorum non nisi Christus est Domi-

nus, qui regnat in cœlis. Tom. 3. Sermone 15. de natali  
Dominii.

Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio elueri-  
mus peccata nostra: cùm scriptura dicat: \*Ieiuniū & \*Tob. 4. et 12.  
eleemosyna à peccato liberat? Tō. 3. li. Epist. 10. Epist. 82.

Gula

270 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

Gula nudos facit, ieiunia operiunt & exutos. Vn.  
¶ Psal. 68. de Dominus ait: \* Operui in ieiunio animam me-  
Ieiunia tegunt am. Bonum operimentum quod animam tegit, ne à  
peccata.

\* Psal. 31. Bonum velamen quod tegit culpam, tegit abstinen-  
tia, tegit gratia. \* Beati enim quorum remissæ sunt  
iniquitates, & quorum testæ sunt peccata. Tegit gra-  
tia dum remittit, & omnem aboleat errorem. Tegit  
abstinentia, dum abluit vitium, & mox abscondit  
affectu, atque extenuat penitentia. Etenim ieiunium  
& eleemosyna à peccato liberant. Tom. 4. lib. de Heliæ  
& ieiunio, Cap. 4.

Quoniam tam misericordē habemus Dominum,  
qui etiam graui ignoscat errori, conuertamur nos à  
vitij, non recedamus à lege: præceptum Domini  
quasi serui sedulis studijs exsequamur. Quid nobis  
cum impuritaribus & impudicitijs? Quid cum ope-  
ribus diaboli? Audistis hodie in lectione decursa  
quid legio dixerit: \* Quid mihi & tibi est Iesu fili Da-  
vid? Et tu dicio, si forte vides pugnare aduersum te  
diaboli tentamēta: Quid mihi & tibi est Belial? Ego  
Christi seruus sum, illius redemptus sanguine, illi me  
totum mancipavi. Quid mihi & tibi est? Non noui  
opera tua. Nihil tuum quero, nihil tuum possideo,  
nihil tuum desidero. Quanto magis nos oportet se-  
parare à diabolo, si se ille discernit à Christo? Et si fu-  
imus ei aliquando obnoxii, iam non simus, confu-  
giamus ad medicum, qui vulnera superiora curauit.

Christus tam  
quam medicus  
vulnera ani-  
mæ curat.

Et si quid superest acerbitatis, medela non deerit. Et  
si quid iniuræ fecimus, memor nō erit qui semel do-  
nauit. Et si grauia delinquimus, magnum medicum  
inuenimus, magnam medicinam gratiæ eius accepi-  
mus. Medicina enim tollit peccata magna. Habe-  
mus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra re-  
dimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum.  
Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Pe-  
ccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, re-  
dime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est

miser-

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiaæ. 271

misericordia. \* Eleemosyna, inquit, à peccato libe- \* Tob. 12.  
tar. Et alibi dicit: \* Redemtio viri diuitiæ eius. Et in \* Proverb. 13.  
Euangelio Dominus dicit: \* Facite robis amicos de \* Luce 16.  
mammona iniquitatis. Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio,

Cap. 20.

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore  
tuo corripias.] Qui pœnitentiam agit, paratus esse *Qui pœnitentia  
tuum agit, paratus esse*  
debet ad opprobria perferenda, iniuriasque sube-  
undas, nec commoueri si quis ei peccati sui crimen  
obijciat. Cùm enim ipse accusare se debeat, quem-  
admodum alium non fustinet arguentem? Quòd si *bet ad quæ suis  
iniurias perso  
rendas.*  
ab homine argui timere non debet, quanto magis à  
Domino Deo suo, cui omnes etiā in ijs quæ sunt oc-  
culta peccamus? cùm præsertim condemnatio præ-  
sentium, absolutio sit futorum. Qui autē non con-  
demnantur in seculo, cum hominibus non flagella-  
buntur. Vé mihi si de me dicatur: \* Habet mercedem \* Matth. 6.  
suam. Si bonum factum hac condemnatur sententia:  
quanto magis crimen grauatur? Nam si misericor-  
dia faciliter iactata sermone fructu fraudatur æterno:  
quanto magis iniquitatis pena acerbi scenoris ac-  
cessione differtur? Ergo qui pœnitentiam agit, offer- *Pœnitentes offe  
re se debet ad poenam, ut hic puniatur à Domino, ferre se debet  
non ad supplicia æterna feretur, nec exspectare tē ad pœnam rup  
pus, sed occurrere diuinæ indignationi. Vide facta in hac vita po  
nuntur.*  
Dauid eius precibus conuenire. \* Offenderat Do-  
minum, quia numerari iussit populum. Cofessio- \* 1. Paral. 21.  
ne præuenit Dei nuncium, peccasse se valde & nimis  
stute fecisse commemorans: non quasi admoneret  
oblitum, sed quasi virgeret morantē, ne diutius com-  
motionem differret offe s̄. Peccavi, inquit, valde,  
quoniam hoc verbum feci. Et nunc Domine dele in-  
iquitatem serui tui. Quomodo deleantur peccata, \* Esa. 40.  
audi dicentem: \* Solutum est peccatum eius, quia *Dauid nō penit  
recepit de manu Domini duplicita peccata sua. Non  
ergo penitus sibi peccatum remitti postulat, sed mo  
derata solutione deleri, hoc est, ut in futurum eius  
memoria deleatur. Denique quasi interpellatis voce  
tū remittat sibi peccata  
stulat sed moderata soluti  
conten-*

*esse deleri, ne contentus Dominus ne vindicta commissi protela-*  
*in perpetuum retur erroris, misit ad eum Nathan prophetam: &*  
*obfit.*

\**1. Paral. 21.* *ge: triennij famem super terram, aut tribus mēsibus*  
*figere te à facie inimicorum tuorum & illos perse-*  
*quentes: aut triduo fieri mortem in terra. Et nunc*  
*scito & vide quid respondeam illi qui misit me. Vide*  
*docentem Deum qua moderatione eius indignatio*  
*leniatur, si non penitus verba recusemus, sed qua-*  
*litatem leuandi non euitandi supplicij postulemus.*  
*Tria proposuit, vt quod moderatus puraret, elige-*  
*ret. Vide etiam quemadmodum ad pœnitentiā pro-*  
*uocat, vt nos offeramus iniuriæ, eligere pœnā man-  
dans, vt in ipsa pœna electionis quædam prærogati-  
ua serueretur, & reo suo blandiatur hoc verbo. Et dixit*  
*Dauid ad Nathan: Angustiæ mihi sunt in tribus: sed*  
*magis incidam in manus Domini, quoniam magna*  
*est misericordia illius, quam in hominum manus.*  
*Numquid donari sibi venia poposcit erroris? Quod*  
*si fecisset impudetiae notaretur, qui moderationi di-*  
*uinæ fuisset ingratus. Sed plurimum suffragatur reo*  
*verecunda confessio: & pœnam, quam defensione*  
*euitare non possumus, pudore subleuamus. Tom. 4. in*  
*enarratione psal. 37.*

*Pijs fletibus*  
*soliuitur culpa*  
*peccatorum.* *Respice nos quoque Domine Iesu, vt & nos pro-*  
*pria recognoscamus errata, soluamus pijs fletibus*  
*culpam, mereamur indulgentiam peccatorum. Ideo*  
*consulto sermonē prostraximus, vt nobis quoq; gal-*  
*lus cantaret, & loquentibus subueniret, quo si quod*  
*delictū obrepissiset in verbo, culpam Christe dona-*  
*res. Da quælo lacrymas Petri, nolo lætitiam pecca-*  
*toris. Fleuerunt Hebrei, & per mare sunt dehiscen-*ti*  
*bis vndis liberati. Lætatus est Pharaon quod Hebræ-*  
*ostenebat inclusos: & mari mersus cum populo suo*  
*occidit. Exsultauit & Iudas in mercede proditionis*  
*sua, sed ipsius se mercedis laqueo strangulauit. Fle-*  
*uit errorem suum Petrus, & meruit ut aliorum abo-*  
*leret errores. Tom. 4. lib. 5. Hexaemeron, Cap. 25.**

Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiae. 273

Quamquam optime Lector, Ambrosius noster, ut abinde probatu nosti, singulari studio pœnitentes hortetur, ut precibus, lacrymis, elemosynis, ieiunijs, alijsq; spiritualibus exercitij s Deum sibi concilient, & scelerum maculas, quibus se coinqvis nauerunt, abstergant. Calvinus tamen non pudet se Ambrosij auctoritate armare ad oppugnandam sacramentalem satisfactionem, que in ijs actionibus, quas modo nominauimus, posita est. Asserit enim illum Sermone 46. lib. 10. Comment. in cap. 22. Luc. omnes Catholicos, quos ipse Satisfactionarios pertulerant satis appellat, jugulare, cum ait se in Scriptura sacra Petri lacrymas legere, satisfactione non legere. Verum Calvine Ambrosius non nos, sed te iugulat. Lacrymas enim, quæ pars magna sunt satisfactionis, lauare scribit bidé delictum, lauare culpam: Lacrymas item nō postulare veniam sed mereri. Quo ad sententiam Satisfactionariorum (coquamus ita nunc cum Calvino) conformanda nihil dicit clarius, nihil aptius. Nusquam quidem legit, neque legere potuit Petrus satisfactionem, quia Petrus nusquam peccatum suum defendit, nusquam excusat. Satisfactione enim vocabulum, quod et familiare ac visitatum est optimis quibusque Latinæ lingue scriptoribus pro defensione usurpauit. Sequitur enim statim: Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod desler solet, non solet excusari: et quod defendi non potest, ablui potest. Sed duo illa testimonie, de quibus nobis cum Calvino rixa est, integre & bona fide hic recitabo, & vt intelligas ea contra nos nihil facere, & quod inde sequitur, Calvinum vt verbum Dei, ita quoque veterum patrum scripta malitiosè & scelerate corrumpere. Inuenio enim, inquit 46. quod fleuerit, non inuenio quod dixerit. Lacrymas eius logo, satisfactionem eius non logo. Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod desler risolet, non solet excusari: & quod defendi non potest, ablui potest. Lanat enim lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri. Lacryma ergo verecundie consulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Lacrymae inquam tacite quodammodo preces sunt: veniam non postulant, & merentur: causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: nisi quod utiliores lacrymarum preces sunt

sunt quām sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totū profert negotium, lacryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non viuit sermone quo fefellerat, quo peccaverat, quo fidem amiserat, ne per id ei non credatur ad confitendum quo *v̄sus* fuerat ad negandū, ac per hoc manuē causam suam st̄ere quām dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri. Item lib: 10 Commentariorum in cap. 21. *Luce:* Non inuenio quod dixerit, inuenio quod fleuerit. Lacrymas lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ab aliis potest. Lauant lacrymas delictū quod vocē pudore est considerari. Et venia fletus consulunt, & verēunda lacrymae sine horrore culpam loquuntur. Lacrymae crīmē sine offensione re-  
 recūdīe considerantur: Lacrymae veniam non postulant sed me-  
 tentur. Inueni cur tacuit Petrus, ne tā cito venie petitus plus  
 offendaret. Ante flendum est, sic precandum. Bone lacrymae,  
 qua lauant culpam. Denique quos *Iesus* respicit, plorant delis.  
 Etūm Negauit primo Petrus & non fleuit: quia non respexerat Dominus. Negauit secundo non fleuit: quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesu, & ille amarisime fleuit. Respice Domine Iesu, ut sciamus nostrum deflere peccatum. Ianare delictū. Hac Ambrosius. Verēlim nunc iudices optime Lector, utros Ambrosius hic ingulet,  
 Catholicon, an Calvinum. Non est necesse hic dicere quām scelerum panam nos nostra satisfactione redimamus. Norāt enim apud nos non prouectiores modo, sed pueri etiam, ac viri dum balbutientes penam eternam, quam peccando incurrimus, non nisi viuis Mediatoris D. N. Iesu Christi virtute ac merito nobis remitti.

## IX. Pénitentiam differendam non esse.

**Pénitētia agē das sollicitate & mature.** **A** Genda est pénitentia, non solum sollicitate, sed etiam mature: ne forte Euangelicus ille paternitas, qui arborem sicum plantauit in vinea sua, veniat, & querens fructum in ea, si non inuenierit, dicat cultori vinearum: \* Succide eam, ut quid etiam terram occupat? Et nisi cultor vinearum interueniat dicēs: Domine remitte illam & hoc anno usque dum fodam

\* *Luce* 13.

am circa illam, & mittam cophinum stercoris, excidatur ficalnea. Stercoremus ergo & nos agrum hunc quem possidemus, & imitemur laboriosos agricultores, quos non puderis pingui satiare terram, & immundo cinere agrum aspergere, ut fructus vberiores colligant. Et quemadmodum stercoremus docet Apostolus dicens: \* Et aestimo stercora, ut Christum luc. \* Philip. 3. crifaciam, qui per infamiam & bonam famam meruit Christo placere. \* Legerat enim quod Abraham \* Gen. 18. dum se stercus & cinerem fatetur, summa humilitate inuenit Dei gratiam. \* Legerat quod Iob in sterco- \* Iob 42. resedens, omnia quae amiserat recuperauit. \* Lege- \* Psal. 112. rat prophetantem Dauid, quod Deus de terra fulciat inopem, & de stercore erigit pauperem. Et nos ergo non erubescamus fatei Domino peccata nostra. Pudor est, ut unusquisque crimina sua prodat. Sed ille pudor agrum suum arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet quos intermertos esse credebas. Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 1.

Eos, qui pœnitentiam differunt, satis ipse Dominus admonuit dicens: \* Pœnitentiam agite, appro- \* Matth. 3. pinquabit enim regnum celorum. Nescimus qua hora pœnitentiam futura veniat, nescimus an proxima nocte a nobis non esse diffusa reposcatur anima. Adam post culpam statim de parandam, presso radiso Deus eiecit, non distulit, sed statim separauit pterea quod a delitijs ut ageret pœnitentiam, statim tunicam ve. incertus fit quæ stiuit pelliceam non sericam Quid enim quod differe hora Domini ras? An ut plura peccata committas? Ergo quia De venturus fit. us bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & patientiae contemnis? Sed bonitas Domini magis ad pœnitentiam te debet adducere. Ideo ad omnes sanctus Dauid dixit: \* Venite adoremus, & procida- \* Psal. 94. mus ante eum, & exploremus ante Dominum nostrum. Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. II.

Baptizatus homo si poitea desertor violatorque sacramenti fuerit peccatum, & Deum repellit a se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, ubi Deus videt, ex toto corde det, saluabitur, sicut vidit cor Dauid, quando incre- saluabitur.

patus à Propheta grauiter post comminationes terribiles Dei exclamauit dicens: Peccavi; & mox ut audiuit, abstulit peccatum suum. Quantum valent tres syllabæ. Tres enim syllabæ sunt: Peccaui, sed in istis tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cœlum ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiā, & solitus fuerit à ligamento quo erat constri-

*Qui post pœnitentiam acta  
benē vixerit, & post reconciliationem cū de-  
functus fuerit ad Dominum vadit, & ad requiem va-  
dit, à regno Dei non priuabitur, & à populo diaboli  
separabitur. Qui autem positus in ultima necessitate  
ad requiē rā  
dit rbi hac vie  
ægritudinis suæ acceperit pœnitentiam, & mox re-  
conciliatus fuerit & vadit, id est, exit de corpore, fa-  
teor vobis nō illi negamus quod petit, sed non præ-  
sumo dicere, quia bene hinc exit. Non præsumo, non  
polliceor, non dico, non vos fallo, non vos decipio,  
non vobis promitto. Fidelis bene viuēs securus hinc  
exit. Agens pœnitentiam dum sanus est & reconciliatus, si postea bene vixerit, securus est. Sed dicas:  
Quid est, si bene vixerit, vel in hoc nos instrue Sa-  
cerdos bone ut hoc sciamus? Illud nescire te dicas,  
an ille qui infirmus & impotens est peccare, si pœni-  
tentiam acciperet, mox trāsit, facinor sua relaxantur  
in die iudicij: Hinc nullam securitatem nobis  
das. Quid est bene vivere post pœnitentiam, doce  
nos? Dico vobis, abstinere ab ebriositate, à concipi-  
scientia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato  
risu, à verbo otioso, unde reddituri sunt homines  
rationem in die iudicij. Ecce quām leuia dixi, ut ta-  
cerem grauia & pestifera. Et aliud dico. Non solum  
post pœnitentiam ab istis intus homo obseruare se  
debet, sed & ante pœnitentiam dum sanus est, quia  
nescit si possit ipsam pœnitentiam accipere & confi-  
teri Deo & Sacerdoti peccata sua: Ecce quod dixi  
illud tēpū nō post pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius.  
Agens vero pœnitentiam ad ultimum, & reconcilia-  
tus si exierit, an securus hinc exeat, ego non sum se-  
curus.*

*Homo nescit  
an morti vici-  
nus pœnitētiis  
am accipere  
possit. Itaq; ad  
illud tēpū nō  
est pœnitentia  
differenda.*

curus. Pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico attendite. Ego illud planius expono, ne aliquis me male intelligat. Numquid dico damnabitur? non dico, sed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis sancte Episcopi? Quid tibi dicā, nescio. Dixi, non præsumo, non promitto, prorsus nescio de Dei voluntate. Vis te frater à dubio liberari, vis quod incertum est euadere: Age pœnitentiam dum sanus es. Si enim agis veram pœnitentiam dum sanus es, & inuenierit te nouissimus dies, secundum Agenda pœnitentiæ dum sanus es. Ergo curre & reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus? Vis dicā tibi: Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Ecce cedamus. dixi, quare securus es. Si autem tunc agere vis ipsam pœnitentiam quando peccare iam non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquit, si forte Deus mihi misereatur, & dimittat mihi peccata mea? Bene dicis frater, bene dicis, vnde scio, & ideo tibi do pœnitentiam, quia nescio. At ille inquit: Ergo dimitte caussam meam Deo. Quid tu me verbis affligis, & non iudici me Deo dimittis? Illius iudicio te cōmitto, eius iudicio me commando. Nam si scire nihil tibi prodest, non te admonerem, non te terrorerem. Duæ res sunt, aut ignoscetur tibi, aut non tibi ignoscetur. Quid horū tibi futurum sit nescio, sed do consilium: Dimitte incertū, & tene certum. Et dum viuis age pœnitentiam veram, ut cum veneris in iudicium Dei, non à Deo confundaris, sed ab eo in regnum inducaris, hoc præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorū. Tom. I. in exhortatione ad agendum pœnitentiā.

## CAPVT DECIMVM

De Sacramento Ordinis.

- I. Per sacram ordinationem, quod Sacramentorum proprium est, gratiam conferri, eiusq; exterrum signum esse, impositionem manuum.

S 3      Quis